

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

Ne quid uereare , si est minu : nil dos nos mouet .  
 Ch. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis :  
 Sed ita dictu opū est , si me uis saluom esse , & rem , &  
 filium ,  
 Me mea omnia bona doti dixisse illi . Me . quā rē agis ?  
 Ch. Id mirari te simulato , & illum rogitato simul ,  
 Quamobrem id faciam . Me . quin ego uero , quamob-  
 rem id facias , nescio .  
 Ch. Ego ne? ut illius animū , qui nunc luxuria , & lasciuia  
 Diffluit , retundā , redigam , ut , quō se uortat , nesciat .  
 Me . Quid agis ? Ch. mitte , ac sine me in hac re gerere mi-  
 hi morem . Me . sino :  
 Ita ne uis ? ch. ita . Me . fiat . Ch. age iam , ut uxorem  
 accersat , paret  
 se , hic ita , ut liberos est æquom , dictis confutabitur .  
 sed syrum . Me . quid eum ? Ch. ego ne? si uiuo , adeo  
 exornatum dabo ,  
 Adeo depexū , ut , dū uiuat , meminerit semper mei :  
 Qui sibi me pro ridiculo , ac delectamento putat .  
 Non ( ita me dīj ament ) auderet facere hæc uiduæ mu-  
 lieri ,  
 Quæ in me fecit .

## ACTVS QVINTI SCENA II.

CLITIPHO , MENEDEMVS , CHRE-  
 MES , SYRVS .

cl. Ta ne tandem quæso est Menedeme , ut pater  
 I Tam in breui spatio omnem de me eiecerit ani-  
 mum patris ?

K 4 Quodnam



H E A V T O N

Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admissi miser?

Volgo id faciunt. Me. scio tibi esse grauius multo, ac durius.

Cui fit, uerū ego haud minus ægre patior id, qui nescio. Nec rōnē capio, nisi quād tibi bene ex animo uolo. cli. hic Patrem astare aiebas? Me eccum. ch. quid me incusas clitiphō?

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, et stulti tiae tuae. Vbi te uidi animo esse omisso, et, suauia in præsentia Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:

Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.

Vbi, cui decuit primo, tibi nō licuit: per te mihi dare, Abi ad proximos, tibi qui erant, eis cōmisi, et credidi. Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitiphō,

victus, uestitus, quō in tectum te receptes. clit. ei mihi.

ch. satius est, quām te ipso hærede hæc possidere Bacchidem.

sy. Disperij: scelestus quantas turbas conciui insciens?

cli. Emori cupio. ch. prius quæso disce, quid sit uiuere.

Vbi scies, si displicebit uita, tum istoc utitor.

sy. Here licet ne. ch. loquere. sy. at tuto. ch. loquere.

sy. quæ ista est prauitas,

Quæ ue est amentia, quod peccauī ego, id obesse huic?

ch. illicet,

Ne te admisce: nemo accusat syre te: nec tu arātibi,

Neque precatorem pararis. sy. quid agis? ch. nil suu-

censeo,

Nec tibi, nec huic nec uos est æquū, quod facio, mihi.

sy. Abi.



sy. Abiit. rogasse uellem. clit. quid syre? sy. unde mihi peterem cibum.

Ita nos abalienauit. tibi iam esse ad sororem intellego.  
clit. Adeon' rem redijſſe, ut periculum etiam fame mihi sit  
syre?

sy. Modo liceat uiuere, ſpes eſt. clit. quæ? sy. nos eſuri-  
tuſos ſatis.

cli. Irrides in re tanta, neque me quicquā cōſilio adiuuaſ?  
sy. Immo & ibi nunc ſum, & uſque dudum id egi, dum lo-  
quitur pater:

Et, quantum ego intellegere poſſum. cl. quid? s. non  
abierit longius.

cli. Quid id ergo? sy. ſic eſt, non eſſe horum te arbitror.  
cl. quid iſtuc syre?

Satin' ſanus eſ? sy. ego dicam, quod mi in mentem:  
tu dijudica.

Dum iſtis fuisti ſolus, dum nulla alia delectatio,  
Quæ propior eſſet, te indulgebāt, tibi dabāt: nūc, filia  
Postquam eſt inuenta uera, inuenta eſt cauſa, qua te  
expellerent.

cli. Eſt uerifimile. sy. an tu ob peccatum hoc eſſe illum  
iratum putas?

cli. nō arbitror. sy. nūc aliud ſpecta: matres omnes filijs  
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria  
Solent eſſe: id non fit. cli. uerum. quid ergo nunc fa-  
ciam syre?

sy. Suſpectionem quære ex illis iſtam: rem profer palam.  
Si non eſt uerum, ad misericordiam ambos adduces ci-  
to, aut,  
ſcibis cuius ſis. clit. recte ſuades: faciam. sy. ſat  
recte

H E A V T O N

recte hoc mihi in  
Mentem uenit: nanque adolescens, quām minima in  
spe situs erit,  
Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas.  
Etiā haud scio, an ne uxore ducat, ac Syro nil gratia.  
Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio. adhuc  
quod factum est,  
Miror non iussisse illico me arripi. ad Menedemum hinc  
pergam. eum  
Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

A C T U S Q V I N T I S C E N A III.

S O S T R A T A , C H R E M E S .

S. Rosfecto, nisi caues tu homo, aliquid gnato  
p conficies mali:  
Idq; adeo miror, qui tam ineptum quicquam  
potuerit tibi  
Venire in mentem mi uir. C. oh, pergin' mulier esse?  
ullam ne ego  
Rem unquā uolui, quin tu in ea mihi aduersatrix fueris  
Sostrata? at  
Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quam ob rem  
id faciam, nescias.  
In qua re nūc tā confidēter restas stulta? S. ego nescio?  
C. Immo scis potius, quām quidem redeat ad integrum ea  
dem oratio.  
S. Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.  
C. Nō postulo: iam loquere. nihilo minus ego hoc faciā tamē  
S. facies?

